



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, calle de la Rua, 59.

SECRETARIA DE CÁMARA

CIRCULAR

Próxima la solemnidad de la Pascua de Pentecostés, se recuerda al venerable Clero diocesano el cumplimiento de lo ordenado por el augusto Pontífice León XIII en la Encíclica *Divinum illud* de 9 de Mayo de 1897, en orden a la invocación del Espíritu Santo en los nueve días precedentes a su festividad. Pueden también hacerse estas preces en los ocho días siguientes a dicha fiesta.

Salamanca, 30 de Abril de 1917.

DR. AGUSTÍN PARRADO,

Secretario.

VISITA PASTORAL

Desde el día 18 del mes próximo pasado, se halla nuestro Excmo. Prelado practicando la Santa Visita Pastoral en los Arciprestazgos de Villarino y la Ribera.

Todos los pueblos rivalizan en agasajar al señor Obispo y en testimoniar a su Prelado profundos testimonios de afecto filial y santa veneración,

S. E. I. regresará, Dios mediante, a esta ciudad, el próximo día 8.

ASAMBLEA EUCARÍSTICA DE LEDESMA

29 y 30 de Mayo de 1917

CARTA DEL EMMO. SR. CARDENAL DE SEVILLA

«Sevilla, 31 de Marzo de 1917,

Sres. Alcalde y Cura de Santa María, Ledesma.

Respetables señores y amigos: La sentida y cariñosa invitación a la Asamblea Eucarística interparroquial con que la villa de Ledesma ha tenido el bondadoso acuerdo de honrarme, es de las que decorosamente no pueden ser desatendidas.

Son tan poderosas las razones que han sabido ustedes invocar, que no obstante las ocupaciones perentorias que el ministerio pastoral me impone cerca de mis amados diocesanos, habré de procurar desembarazarme de todas por

unos días para complacer a ustedes y acompañarles. Y si se tiene en cuenta el valor que a las razones por ustedes aducidas presta el amistoso y apremiante ruego del Prelado salmantino y el acicate de mi propio deseo que presagia lo que habré de disfrutar entre mis paisanos en ocasión tan solemne, rememorando años y días ya lejanos para mí, pero cargados de indelebles gratísimos recuerdos, no es posible parar mientes en obstáculos ni dificultades sino rendirse desde luego a la invitación, aceptarla agradecido, y bendecir a la villa de Ledesma, consciente inspiradora de tan oportuno recuerdo.

En la imposibilidad de dirigirme a todos y cada uno de los que firman el preciado mensaje, me permito rogar a ustedes con verdadero encarecimiento, que se dignen transmitirles la viva complacencia con que he leído su misiva y sean intérpretes ante todos de los sentimientos de mi gratitud por invitación tan honrosa.

Pidamos todos a Dios en nuestras oraciones se digne inflamarnos en el amor al Sacramento de la Eucaristía, para que la Asamblea proyectada, al convertirse en hermosa realidad, supere las más halagüeñas esperanzas y produzca frutos abundantes que robustezcan y consoliden la vida espiritual de toda esa piadosa región y la fe de nuestra querida tierra salmantina.

A todos envía efusiva bendición su afectísimo amigo en Jesús.—† ENRIQUE CARD., *Arzobispo de Sevilla.*

PROGRAMA OFICIAL

Día 29.—A las seis y media, misa de comunión general. A las nueve, misa Pontifical que celebrará el excelentísimo Sr. Obispo de Salamanca y panegirico de la Virgen del Car-

men, Patrona de la Asamblea, a cargo del muy ilustre señor doctor don Diego Tortosa, Canónigo de Madrid. A las cuatro y media de la tarde, recepción de los asambleistas de los arciprestazgos de Ledesma, Rollán, Almeida y pueblos que quieran adherirse. A las cinco, solemne recibimiento de los Prelados que concurran. A las cinco y media, apertura de la Asamblea en esta forma: Veni Creator, Memoria del Secretario D. Vicente Miguel Pérez; salutación por un sacerdote ledesmino y discurso del muy reverendo padre Luis Urbano, Dominicó. De ocho a diez de la noche, concierto musical y proyecciones religiosas en el paseo de la Fortaleza. A las diez y media, extraordinaria vigilia de las Adoraciones Nocturnas del Obispado y sermón que pronunciará el Excmo. Sr. Obispo de Plasencia. A continuación comenzarán las confesiones y desde las dos de la madrugada se celebrarán sin interrupción varias misas, distribuyéndose de hora en hora la sagrada comunión.

Día 30.—A las seis misa de comunión general de señoras; a las siete y media misa de comunión general de autoridades y caballeros. A la misma hora misa de comunión general de niños en la parroquia de Santa Elena. (Estas comuniones las distribuirán los Prelados asistentes). A las ocho y media recepción de los asambleistas de Salamanca, a quienes saludará otro sacerdote ledesmino. A las nueve y media misa pontifical y sermón que dirá el M. R. P. Zacarías Martínez, Agustino. A las tres de la tarde, reunión de sacerdotes en la iglesia de San Miguel, presidida por el Excmo. señor Obispo de Salamanca. A las cuatro clausura de la Asamblea y discurso del M. R. P. Ludovico de los Sagrados Corazones, Carmelita descalzo, acto de desagravios que harán, dirigidos por el de Ledesma, los señores alcaldes de la comarca, solemnisima procesión general con el *Santísimo Sacramento*, bendición a los asambleistas desde el balcón prin-

cipal del Ayuntamiento, reserva y tributo de gracias que dará nuestro Excelentísimo y Reverendísimo Prelado.

Advertencias.—La banda militar del Regimiento de Toledo, de guarnición en Zamora, realzará con su concurso los actos de la Asamblea. La apertura de la Asamblea, clausura de la misma y Pontifical del día 30, tendrán lugar en la plaza Mayor. Los demás cultos en la iglesia de Santa María la Mayor.

MOTU PROPRIO

De attribuenda Sancto Officio censura librorum et Poenitentiarie Apostolicae concessione indulgentiarum

BENEDICTUS PP. XV

Alloquentes proxime in Consistorio Sacrum Cardinalium Collegium, ediximus consilium esse, ut ordinationem Romanae Curiae, praeclarum opus Decessoris Nostri fel. rec. Pii X, perficeremus in ea quoque parte, cui is ob quaedam rerum adiuncta supersedisset, id est Sacras Congregationes coniungendo Indicis et Sancti Officii. Inspecta enim natura utriusque Congregationis, quum censura librorum, quod esset munus unius, contineretur munere *tutandi doctrinam fidei et morum*, quod esset alterius, ex eis Congregationibus unum fieri omnino apparebat oportere, vel ad praecavendas de competentia controversias quae facile inter eas orirentur. Nunc igitur id exsequentes consilium, Motu Proprio haec constituimus et sancimus:

I. Sacra Congregatio Indicis iam nunc non erit.

II. Quod fuit usque adhuc proprium munus Sacrae Congregationis Indicis, erit posthac Sancti Officii de libris ceterisque scriptis censuram facere.

III. Ad ministeria quae sunt apud Sanctum Officium, accedat peculiaris Sectio de Indice; eique addicantur Officiales qui exstintae Congregationi minis-

trabant.—Rationem autem eius Sectionis ordinandae Sacra Congregatio Sancti Officii definiet, Nobisque probandam proponet.

IV. Ne autem Sancti Officii negotiorum moles nimis hac accessione crescat, quidquid ad Indulgentias pertinent, omne iam esto Poenitentiariae Apostolicae: quae quidem pro suo instituto iudicabit de omnibus quae spectant ad *usum et concessionem Indulgentiarum salvo iure Sancti Officii videndi ea quae doctrinam dogmaticam circa novas orationes et devotiones respiciunt.*

V. Sectio de Indulgentiis, quae est apud Sanctum Officium, cum suis officialibus, ad Poenitentiarium Apostolicam transferatur; quam ipsam Sectionem Cardinalis Poenitentiarius Maior, Nobis consultis, ordinandam curabit.

Haec statuimus et praecipimus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXV Martii MCMXVII, in festo Incarnationis Dominicae, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV.

(Acta Apostolicae Sedis, 1917, p. 167.)

EPISTOLA

Ad nobilem virum Ludovicum d'Hendecourt Vicecomitem, Societatis Vincentianae Praesidem Generalem, gratulandi et hortandi causa.

Dilecte Fili, nobilis vir, salutem et apostolicam benedictionem.—Ex litteris quas tuo et tuorum sodalium nomine ad Nos de more dederas ut annum ineuntem Nobis faustum optares, id quidem intelleximus, quod pro explorato habebamus, immanis belli causa Vincentianam Societatem his duobus annis in Europa non multum profecisse. At cognovimus etiam, quod non sperabamus, in civitatibus a bello intactis, praeser-

tim in America Superiore, eatenus esse progressam, ut non multo maiora ante bellum consueverit quotannis incrementa capere. Is est igitur rerum vestrarum cursus ut non tam doloris causam Nobis afferat quam voluptatis; maxime cum videamus quae detrimenta in belli sinu Societas acceperit, ea mirabili sociorum studio compensari. Ac vehementer sane illud Nos recreat de iis sodalibus vestris Gallis et Belgis, qui cum detinerentur apud hostem, alios captivos bene multos in Societatem Vincentianam adsciverint, cum iisque plures coetus seu *conferentias*, ut vos dicitis, confecerint, tum ut inter se ad recte sancteque vivendum adiuvarent, tum ut commilitonibus egentibus communiter subvenirent. Nec minus laudanda Nobis est eorum industria et sedulitas qui, ut expertes militiae, domi tantisque, quas bellum peperit, necessitatibus ac miseriis opitulando, Vincentiani instituti mirifice augment promerita. Quare facitis ipsi quidem pro humanae infirmitatis conscientia ut *servos vos inutiles* profiteamini, propterea quod, ne florentem Societatem vestram haec tanta calamitas ex aliqua parte affligeret, non potuistis prohibere. Sed Nobis, vestram agendi rationem considerantibus, servos appellare vos licet et *bonos et fideles*, atque etiam gratulari quod adversis temporibus fructus tamen laborum cepistis, Deo adiuvante, non mediocres. Itaque nondemittendus difficultatibus animus, sed eo maiore alacritate est vobis perseverandum: si enim prope immensus nunc christianae caritati campus patet, vel amplior is videtur fore cum, positis armis, omnes erunt belli ruinae sarcinae. Quod autem petis, ut sodales ii quos memoravimus, a commilitonibus adscripti, legitimis, ut ceteri, pontificalis indulgentiae donis fruantur, id Nos libenter damus. Atque auspiciem divinorum munerum, et eandem peculiaris benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili, et sodalibus universis amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die III februarii MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

BENEDICTUS PP. XV.

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1917, pp. 168-169).

SUPREMA SACRA CONGREGATIO SANCTI OFFICII

I

De Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis conlato

In plenario conventu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito feria IV, die 31 ianuarii 1917, proposito dubio: "An administrato Sacramento Extremae Unctionis in casu necessitatis unica Unctio in fronte adhibita, per verba: *Per istam sanctam Unctionem indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti. Amen.*, cessante periculo, singulae Unctiones, ad tenorem Decreti diei 31 ianuarii 1907 supplendae, sub conditione adhibendae sint vel non? Emi. ac Rmi. Dni. Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, omnibus mature perpensis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

Negative ad 1.^{am} partem: *Affirmative* ad 2.^{am}

Et sequenti feria V, die 1 februarii eiusdem anni, SSmus. D. N. D. Benedictus divina providentia Pp. XV, in solita audientia R. P. D. Adessori eiusdem Supremae Sacrae Congregationis impertita, Emorum. Patrum resolutionem adprobavit et confirmavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 9 martii 1917.

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. Notarius.

II

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

Circa indulgentiam «toties quoties» in Commemoratione omnium
fidelium defunctorum

Huic Supremae Congregationi S. R. et U. Inquisitionis, ex parte R. P. D. Ioannis Bapt. Fallize, Episcopi tit. Elusan., Vicarii Apostolici Norvegiae, dubium exhibitum fuit: "Utrum decretum Supremae S. C. S. Officii, d. d. 25 iulii 1914, respiciens Indulgentiam plenariam *toties quoties*, lucrandam quotannis die 2 novembris, in favorem animarum in Purgatorio degentium, ita intelligi debeat, ut eadem Indulgentia sit perenniter affixa enunciato diei, an vero Commemorationi omnium fidelium defunctorum, quae iuxta Rubricas contingat etiam alia die celebrari,?"

Eminentissimi Domini Cardinales Inquisitores Generales, in consuetis comitiis, habitis feria IV, die 13 decembris anno 1916, responderunt: "*Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam,."

Quam resolutionem SSmus. D. N. D. Benedictus divina providentia Pp. XV, in audientia Rmo. P. Commissario Generali S. O. impertita feria V, die 14, iisdem mense et anno, benigne approbavit ac publici iuris fieri mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. ✠ S.

Fr. Dominicus Pasqualigo, O. P., *Commiss. Gen. S. O.*

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1917, pp. 178-179).



Sacra Congregatio Rituum

ANTUERPIEN, SEU MECHLINIEN

I

Decretum beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei sororis
Annae a S. Bartholomaeo, monialis professae Ordinis carmeli-
tarum excalceatarum.

SUPER DUBIO

*An, stante approbatione virtutum et duorum mi-
raculorum, tuto procedi possit ad solemnem eius-
dem Ven. Servae Dei Beatificationem?*

A pretioso Servae Dei, sororis Annae a S. Bartholomaeo, obitu, qui Antuerpiae contigit anno millesimo sexcentesimo vigesimo sexto, die septima mensis iunii, unus vix aut alter abierat annus, et apud Apostolicam Sedem causa ipsius Ancillae Dei suum iam sumpserat exordium, sicuti mos erat illius temporis.

Obtenta siquidem a felic. rec. Urbano Papa VIII, quam vocant, Signatura Commissionis, petita mox impetrataeque sunt Remissoriales Litterae ad adorandum super *Fama in genere* apostolica auctoritate processum; eoque ad finem perducto Romamque delato de re instituta est quaestio, quae favorabili quum esset responso dirempta, deventum subinde erat ad apostolicam inquisitionem super virtutibus et miraculis in specie, quum in medio actorum cursu causam subsistere necesse fuit.

In iuris namque disciplina, quae servata illud usque fuerat, insignis quaedam magnique momenti facta erat mutatio; eamque idcirco executioni mandari oportebat. Etsi enim inde ab Alexandri III Pontificis Maximi aetate, circa cultum publicum defunctis hominibus nomine Ecclesiae exhibendum, quaevis Episcopis aliisque locorum Ordinariis adempta fuerit potestas; atque hoc ipso Beatificatio quoque inter cau-

sas maiores adnumerata, uni Romano Pontifici privato iure reservata permanserit, nihilominus, quo interea apte dilucideque dignosceretur quid esset, in quo publici et ecclesiastici cultus ratio consisteret, quidque publicum inter atque privatum cultum intercederet discriminis, multum sane insumptum est temporis, industriae ac laboris, donec anno millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, rec. me. Urbanus Papa VIII, non ita pridem edita, sua confirmans decreta, modum quo nova lex actu perficeretur, invent tandem descripsitque. Nam Praedecessorum suorum, nominatim Alexandri III et Innocentii III insistens vestigiis, statuit iterum validiusque decrevit, Servis Dei nondum beatificatis aut canonizatis publici et ecclesiastici cultus significationes nequaquam posse deferri; insimul tamen, quemadmodum par erat, maximeque suadebat aequitas, consulto dataque opera cavit, si qui essent Dei Servi, quos aut centum ante annos, aut iustis aliis de causis Christifideles consuevissent, publice honorare, possessione ista eosdem Dei Servos non esse exturbandos; utque hanc eorum peculiarem conditionem iuridicus suppeteret probandi modus, quosdam, ad instar propriae veraeque exceptionis, induxit casus, qui propterea *casus excepti* iure merito vocantur et sunt. Exinde causarum Servorum Dei duplex quum fuerit constitutus ordo; earum nimirum, quae per viam *extraordinariam*, seu per viam *cultus* et earum, quae per viam *ordinariam*, seu per viam *non cultus* procedunt, huic alteri causarum generi omnino singulare obtigit, ut vix ad Sanctam Sedem deferantur ab eaque illis, ut inquirunt, apponatur manus, illico nefas sit ad ulteriora progredi; nisi prius Servis Dei, de quibus agitur, nullum praestitum fuisse praestarique publicum et ecclesiasticum cultum legitime constiterit; idque nedum in causis, quae introducendae postea forent, sed in iis etiam, quae eodem sub Urbano VIII initae paulo ante fuerant, aequae observari debere, iussum praeterea fuit.

Quibus omnibus in promptu est, quomodo factum sit, ut Servae Dei sororis Annae a S. Bartholomaeo quamvis tam mature penes Apostolicam Sedem agitari coepta fuerit causa, attamen ob eam praesertim, quae interim supervenerat, novi iuris constitutionem,

nonnisi post integrum et amplius saeculum, anno videlicet, millesimo septingentesimo trigesimo quinto, Clemente XII Summo Pontifice, eiusdem venerabilis Ancillae Dei ostensae declarataeque fuerint heroicae virtutes. Hisce vero probatis, bis fere saeculare secutum est silentium; sed istud Sanctissimi Domini nostri Benedicti Papae XV abruptit oraculum; binas quippe, quae praesto iam erant sanationes quibusque causae lectissimae tandiu expectatum imponi licuisset fastigium, vero proprioque prodigio esse adiudicandas Ipse Beatissimus Pater apostolica auctoritate Sua nuperrime sanxit decreto. Ita quod sibi primum proposuerant actores, quum, tribus propemodum abhinc saeculis, Urbanum VIII, Summum Pontificem, adiverunt supplices, hoc profecto fauste feliciterque assecutos tandem se esse laetantur; quandoquidem, cunctis recte riteque adimpletis, quae adimpleri opus erat, nihil aliud impedimento esse potest, quominus venerabili Ancillae Dei sorori Annae a S. Bartholomaeo Beatorum caelitem merito ac *tuto* decernantur honores.

In generalibus proinde sacrae huius Congregationis Comitiis, quae die decima tertia currentis huius mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro celebrata sunt, propositum per Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, causae Relatorem, Dubio: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, tuto procedi possit ad solemnem venerabilis Servae Dei, sororis Annae a S. Bartholomaeo Beatificationem?* omnes, qui aderant, quum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores *tuto* fieri posse unanimi suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater patefacere etsi non praetermiserit *solemnem diem expectare proximum, quo Beatorum nomen cultumque fidelissimae huic sanctae Theresiae comiti attribuere licebit; ob eamque rem pergrate.* Sibi contingere *quod novam apud Deum deprecatricem, tam nobili auctam titulo et Sibi et christiano populo addere possit;* attamen, divinae sapientiae praesidium et lumen impensius exoraturus, decretoriam Sententiam Sibi adhuc differendam duxit.

Hodierna autem die Dominica Passionis, religiosissime litato eucharistico sacrificio, ad Vaticanas Ae-

des advocari voluit Reverendissimum Cardinalem Antonium Vico, episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Pro-Praefectum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus solemniter edixit: *Tuto procedi posse ad solemnem venerabilis Dei Servae sororis Annae a S. Bartholomaeo Beatificationem.*

Hoc Decretum in vulgus edi, in acta sacrae rituum Congregationis inseri litterasque apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis expediri iussit, VIII Calendas apriles anno MCMXVII.

✠ A. CARD. VICO, EP. PORTUEN. ET S. RUFINAE,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1917, pp. 180-183).

II

DUBIA

De occurrentia et translatione quorundam festorum

Sacrorum rituum Congregationi sequentia dubia expendenda et solvenda subiecta sunt; nimirum:

I. Inspectis rubricis Breviarii romani, nempe tam rubrica generali tit. IV *de Festorum occurrentia accidentalium eorumque translatione*, n. 2, quam rubrica speciali *de die Octava Epiphaniae occurrente in Dominica*; atque inde exorto dubio, quaeritur:

Si Festum duplex primae classis, a die 7 ad 12 ianuarii inclusive occurrens, incidat in Dominicam, quid agendum?

II. Quando dies Octava communis occurrit eadem die cum aliquo Festo Domini ritus duplicis maioris, fit Officium de die Octava cum commemoratione Festi Domini, quaeritur:

Si memorata dies Octava in Dominicam incidat, Officium eritne de ipsa Dominica cum commemoratione diei Octavae et Festi Domini; aut potius reviviscit ius Festi Domini supra Officio Dominicale?

III. In Dioecesi N., titulus ecclesiae particularis est Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis feria sexta post Dominicam Passionis sub competente ritu duplici primae classis recolendus; et sequenti die aliud Festum duplex I aut II classis occurrit; quaeritur:

Quoties eiusmodi Festum Titulare Deiparae Virginis Perdolentis impediatur, Feria sexta assignata, ab alio Festo nobiliori, et Sabbato sequenti, ab alio Festo classico, quid faciendum?

Et Sacra rituum Congregatio, audito specialis commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, triplici quaestioni ita respondendum censuit:

Ad I. Fiat officium de Festo duplici primae classis cum commemoratione Dominicae, iuxta praefatam rubricam generalem. tit. IV, n. 2.

Ad II. *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam.

Ad III. Festum Titulare Deiparae Perdolentis transferatur, cum ritu paschali, post Dominicam in Albis in proximiorum diem sequentem quae sit libera, iuxta Rubricas, tit. IV, n. 3.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit.

Die 3 martii 1917.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius*.

III

Urbis et orbis

de commemoratione omnium fidelium defunctorum

Quo universi Cleri Populique fidelis in Commemoratione omnium fidelium defunctorum par et consors ferveat pietas, atque coniuncta suffragia magis pro-

sint animabus in Christo quiescentibus; itemque sacra Liturgia in Eucharistico sacrificio litando divinoque Officio persolvendo, uniformi ac solemni ritu in universa Ecclesia peragatur, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, suprema auctoritate Sua, statuit ac decrevit: "Solemnem Commemorationem omnium fidelium defunctorum, ex Constitutione Apostolica *Incrumentum Altaris*, die 10 augusti 1915 edita ampliori privilegio trium Missarum de Requie auctam, Festis solemnioribus primariis ritus duplicis primae classis et Ecclesiae Universalis amodo esse aequiparandam, adeo ut omnia et singula Festa propria locorum, Ecclesiarum, Ordinum seu Congregationum aliorumque Institutorum particularium excludat, excepta tamen Dominica, quae die secunda novembris occurrat; quo in casu eadem Commemoratio cum suis privilegiis in diem immediate sequentem de more transferatur. Sancivit insuper Sanctitas Sua, ut Kalendaria et propria particularia, nullo excepto, huic Decreto conformari debeant. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Die 28 februarii 1917. „

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

IV

Dubia

de Missis in commemoratione omnium fidelium defunctorum

A Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaratione postulatum est: An ex tribus Missis de Requie in Commemoratione omnium fidelium defunctorum a Constitutione Apostolica diei 10 augusti 1915

permissis: I. Sacerdos unam vel duas tantum Missas celebrare queat, et II. in utroque casu quatenus Missae ex descriptis in decreto Sacrorum Rituum Congregationis *Urbis et Orbis* diei 11 augusti 1915 legendae sint, ac demum III. pro quibus eadem applicandae?

Et Sacra Rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, ita rescribendum censuit.

Ad I. *Affirmative* ad utrumque.

Ad II. Prima Missa ex supradescriptis semper legenda est; altera erit secunda.

Ad III. In utroque casu una Missa ad intentionem celebrantis, in secundo tamen casu, altera ex duabus Missis pro omnibus fidelibus defunctis applicanda est.

Atque ita recripit et declaravit de mandato Sanctissimi, diei 28 februarii 1917.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Pro-Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

V

El Ven. P. Pignatelli, S. J.

Por Decreto de 25 de Marzo último, solemnemente confirmado por el Sumo pontífice, se declara que consta de la heroicidad de las virtudes teologales y cardinales del religioso jesuita español José María Pignatelli, en orden al proceso de beatificación.

GRATITUD DEL PAPA A LOS CATÓLICOS ESPAÑOLES

Carta del Emmo. Sr. Cardenal Secretario de Estado de Su Santidad comunicando que el Romano Pontífice, agradeciendo la ofrenda que ha recibido de la décima parte de la Colecta del «Día de la Prensa Católica» de 1916 (1), envía a los piadosos oferentes la Bendición Apostólica.

SECRETARÍA DE ESTADO

DE SU SANTIDAD

Vaticano, 31 de Enero de 1917.

*Emmo. Sr. Cardenal Enrique Almaraz y Santos,
Arzobispo de Sevilla.*

Emmo. y Rvmo. Sr. mío de todo mi respeto.

Por mediación de la Nunciatura Apostólica de Madrid, ha llegado poco ha al Santo Padre, la devota ofrenda con que los fieles españoles han querido, aun en tiempos tan difíciles y calamitosos, dar una prueba palpable de su afecto y adhesión al Vicario de Jesucristo.

Haciéndome intérprete del soberano reconocimiento del Augusto Pontífice doy en Su nombre a Vuestra Emma. Rvma., para que se digne trasladarlas a los piadosos oferentes, las más sentidas gracias por el reverente homenaje.

En cumplimiento del venerado encargo recibido, tengo mucho gusto en añadirle que Su Santidad, queriendo recompensar con una señal de particular benevolencia la piedad filial con que los amados españoles se muestran unidos al Padre común, ha concedido muy de corazón a los mismos y de manera particular a Vuestra Emma., la implorada Bendición Apostólica.

Aprovecho gustoso esta oportuna ocasión para dar a Vuestra Emma. las gracias por las felicitaciones que se ha dignado enviarme con el fausto motivo de Navidad, y enviándoselas a mi vez muy felices por el año que acaba de empezar, reitero a Vuestra Eminencia los sentimientos del profundo respeto con que le beso humildemente las manos: De Vuestra Eminencia Rvma. humildísimo, devotísimo servidor, *P. Card. Gasparri.*

(1) La cantidad enviada fué 9.669,08 pesetas.

93.074,85 PESETAS

Este ha sido el resultado definitivo de la colecta del «Día de la Prensa Católica» de 1916, en todas las diócesis de España, según los datos que acaba de publicar la Junta Central de Sevilla.

He aquí el pormenor de cada diócesis:

	<i>Ptas.</i>	<i>Cts.</i>		<i>Ptas.</i>	<i>Cts.</i>
Almería.....	200,00		Mondoñedo.....	1.243,45	
Astorga.....	241,60		Orense.....	254,26	
Avila.....	504,00		Orihuela.....	434,20	
Badajoz.....	1.020,00		Osma.....	175,90	
Barbastro.....	175,00		Oviedo.....	525,60	
Barcelona.....	4.056,08		Palencia.....	1.276,90	
Burgos.....	968,70		Pamplona.....	10.000,00	
Cádiz.....	525,88		Plasencia.....	527,75	
Calahorra.....	2.771,14		Salamanca.....	574,60	
Canarias.....	285,00		Santander.....	886,75	
Cartagena.....	5.874,36		Santiago.....	2.500,00	
Ciudad-Real.....	416,00		Segorbe.....	401,45	
Ciudad Rodrigo.....	564,00		Segovia.....	328,40	
Córdoba.....	2.806,72		Sevilla.....	11.139,56	
Coria.....	299,55		Sigüenza.....	128,74	
Cuenca.....	2.059,92		Solsona.....	809,56	
Gerona.....	2.919,82		Tarazona.....	1.565,10	
Granada.....	1.000,00		Tarragona.....	554,00	
Guadix.....	345,85		Tenerife.....	1.222,50	
Huesca.....	65,75		Teruel.....	72,90	
Jaca.....	331,40		Toledo.....	1.171,86	
Jaén.....	1.534,92		Tortosa.....	995,00	
